

S. MEDARDVS FRANCORVM DOCTOR.



Medardus apud Francos insigni pietate & eruditione preditus fuit, anno Christi quingentesimo uicesimo, cum rex Clodoueus Galliam subegisset, & cum sua gente Christianam religionem suscepisset, id quod Medardus ex animo cupuerat, & pro sua uirili promouerat. Itaque Episcopus Veromandensis constitutus fuit. Is adeo sanctitate pollebat, ut Dei indicio fures, qui in sua uinea & horto noctu grassati erant, mirando modo absens senserit, & cohibuerit, ne discere possent, donec ipse coram eos reprehenderet, & obiurgatos dimitteret. Vnde multo maiorem existimationem innocentiae natus, sua predicatione multos ad Christi religionem perduxit. Tandem is sub rege Clotario Clodouei filio discessit, & Suezione sepultus fuit. Theoph. Leb. in Ono mast. Theolog.